

K. III

*De doctis Siberis*

Z e  
5385

I. N. I. C. C.

# VIROS

*Summe atque plurimum Reveren-  
dos, Excellentissimos, Nobilissimos,  
Consultissimos, Clarissi-  
mosque*

## DOMINOS INSPECTORES

ac omnes Rei literariae

## FAUTORES

AD

# ACTUM

## VALEDICTORIUM,

Juvenis optimae spei

*Augusti Friderici Siberi,*

Dobrilucc. Luf.

qui d. 27. Augusti, Anni hujus M D CC XV,

habita Oratione de mutato, vel certe tentato subinde religionis statu  
in Lusatia, Scholae nostrae

### H. L. Q. C.

valedicet

ea qua par est, animi veneratione  
invitat

M. DANIEL MÜLLERUS, Rect. Schol. Chemn.

CHEMNICII, Literis Stœßelianis, Ao. MDCC XV.





Non leve ad exercitium virtutis momentum affert, si ipsum intruere, atque mente oculisque ab aliorum exemplis revocatis, igniculos illos & semina virtutis, qua sunt in proprio animo, non nusque deque habeat. Nam *virtus in omnium animos lumen suum immittit, etiam cum non sequantur eam videns, sicuti praestantissimus eorum formator, Seneca (a) scribit, qui & alibi, vult inquit, (b) in medio posita est; neminem deest, ut quomodo dignum se illa iudicet.* Qui non, quod sana, quam intra se delitescere sentit, ratio, confirmata praecipue ac roborata divina legitimi sanctione, dicat, sed quod perversa hominum exempla exant, sequitur, in eo rerum potiri vitia facile cernimus. Nam *sapientis estatio (c) inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla: nec ratione componitur, sed consuetudine abducimur. Quod si pauci scirent, nollemus imitari; cum plures facere ceperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur. & recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est.* Neque dici potest, quam late posita mala, quae exemplo sunt, serpent, quamque multorum animos, velut pestilens contagio, occupent. Nam, ut nitidissimus Scriptor, *Vellejus Paternulus, recte sentit (d), non ibi consistunt exempla, ubi ceperunt; sed, quamlibet intenuum recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt: & ubi semel recto deerratum est, in praecipem perveniunt: nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuisse fructuosum.* Verum quamquam prava profligatorum hominum exempla non parum inpedimenti in virtute excolenda obiectant; non tamen video, cur non animus virtutis per se cupidus per se laudabile exempla magis que inflammari atque exacui & possit & debeat. Quemadmodum igni lucido flabellum si accedit, convalescit flamma, ac multo, quam ante, lucidior evadit: ita virtutibus magis elucere cernitur, cui praecleari Viri magnum circumferunt exemplar. Scilicet praestantium virorum imagines cum intuemur, vehementissime nobis animus ad virtutem accenditur: nempe non cera illa, neque figura tantum vim in sese habet; sed memoria rerum gestarum ea flamma egregis viris in pectore ardet, neque prius sedatur, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. (e). Confirmat, quae dixi, Juvenis politissimus

### Augustus Fridericus Siberus, Dobriluce, Lulatus,

quem, ni fallor, cum Seneca (f) exclamantem audio: *Quidni ego magnorum virorum imagines habeam incitamenta animi!* Ipse propensiores natura ad virtutem habet animum, atque ad illorum censum merito refertur, quibus

*De meliore luto finxit praecordia Titus; interim eximia exempla ad magna egregia indolis incrementa ipsi profuerunt, & porro, credo, proderunt. Principem hic locum obtinet Vir Summe Reverendus, Amplissimus atque Excellentissimus Dn. Georgius Sigismundus Greenius, S. S. Theolog. Doctor Celeberrimus, atque Superintendens noster Gravissimus, cuius virtutem intimius adspicere per quinque annorum spatium Sbero licuit. Tandiu enim usidem, quibus ille, parietibus conclusus, atque insuper Viri beneficentissimi convictu frivuis quotidie sibi oblatam occasionem animadvertit, domesticum sequendi exemplum, atque sic omnino vitii bellum indicendi. Neque non hic unicuique apparuit, quanta sit vis exemplorum; siquidem ita compositae vixit Siberus, ut non facile pedem domo, nisi vel in scholam vel in templum eundum, extulerit. Quamvis vero dubium*

(a) lib. 4. de Benefic. c. 17. (b) in Consolatione ad Polybium cap. 36. p. m. 236.

(c) Seneca Epist. 123. p. m. 165. (d) Lib. II. Hist. Rom. c. 3. pag. 69. edit. Thyf.

(e) Sallust. in B. Jug. c. 4. p. m. 108. seq. (f) Epist. 64. p. m. 85.

bium non sit, quæ hæc imago *Sibero*, in qua etiam delato loca, & versatura, atque illum, ut ad omnes bene audiendi partes se exciret, calcariibus quasi admo-  
nis, sit stimula: tamen non possum, qui & cognomines quosdam viros, quos  
amuletur, commendem. Quod si illos, qui levi saltem immutatione a *Sibero* no-  
mine recedunt, attingere cuperem, occurrerent *Sibero* Angliæ præfici Reges, amo-  
re pietatis ac religionis Christianæ literarumque (liquidem sub *Siberto* Academia  
Cantabrigienfis fundamenta jacta sunt) maxime commendabiles (g). Occurre-  
ret *Sibertus de Beke*, Geldrus, Carmelita A. 1320. Philosophiæ, Historiæ, Jusque  
Canonicæ, siquis alius, peritissimus (h). Occurreret *Nicolaus Petrus Sibbern*, Vir do-  
ctus Glückstadii degens, qui Bibliothecam Bibliothecariorum, sive de claris Bi-  
bliothecis Syntagma, parat (i). Occurreret *Wolfgangus Seberus*, Theologus & Phi-  
lologus Celebrerrimus, Vir secundum judicium Viri doctissimi, *Godofredi Ludo-  
vici* (k) in tantum laudandus, in quantum erudita pietas potest intelligi, qui in  
Gymnasio Schleusingensi Con-Rectoris & Rectoris primum, post Wasingæ De-  
cani, & tandem Schleusingæ Superintendentis officio cum laude maxima est fun-  
ctus. Verum quid morantur nos, quorum nomen Siberiano non absumis pro-  
tus videtur! Adsumt *Sibero* cum *Sibero* nostro eodem nomine insigniti, Viri eo  
rutilius imitandi, quæ minus illorum laudes ulla unquam obsecrabit oblivio. Hic  
chorum ducit **M. Adamus Siberus**, τῷ θεῷ καὶ τοῖς μέγαλοις Σίβηρος, &  
secundum elogium *Philippi Melancthonis*, qui uti Schenaviz prope Cygne-  
am (l), non Misenæ, uti Freherus, (m) Bœclerus (n) atque Clarmundus (o), non  
Chemnicii, uti aliqui apud Quenstedtium opinati sunt (p), mundi hujus spiritum  
intueri cepit: ita variis locis multos omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas  
imperriri debet, studiosissime erudit: quam diligentiam vel quatuor illæ partes  
*Margaritæ Scholasticæ* evincunt. Nominantur passim loca, quibus docendi  
Spartam obiit, *Freibergæ, Hala, Grimma*; at *Chemnicii* communiter mentio fit  
nulla, cum tamen Hala evocatus ab A. 1448. ad finem fere A. 1550. Chemnicen-  
sem quoque ludum rexerit, quod *B. Adamus Andreae* (q) hæc testatus est verbi-  
bus:

*Isthoc (Val Hertelio) denato traduntur sceptrâ Sibero.*

*Non tamen ille diu substitit hocce loco.*

*Vix etenim trieteris abit, dum Leucoris abna*

*Hunc vocat, & Scholico præficit illa gregi.*

Ubi quidem in eo aberrare à vero censendus *Andreae*, quod Leucorin seu Vitem-  
bergam *Sibero* Chemnicium orbasse existimat. Nam ipso hoc anno, quo urbe  
nostra discessit, Illustris Muldana d. 6. Idus Septembr. aperta est, eoque die *Siberus*  
introductus & in officium cum collegis tribus fuit immisus. Clarius error *An-  
dreae* ex verbis doctissimi *M. Jacobi Furmani*, qui *Sibero*, quicquid habuit erudi-  
tionis, tribuit, patet. Ita autem ille (r): *Antequam Grimam venit Siberus, aliis  
etiam in oppidis docuerat, & præcipue Freibergæ, in Salinis Saxoniciæ, ac Che-  
mnicii, ex quo oppido Grimam accersitus venit.* Jungi lateri *Adami Sibero* mere-  
tur eruditionis gloria haud impar frater **Henricus Siberus**, qui non  
tantum Principem, nescio quem, in qua provincia *Andreas Ellingerus* succedere  
ipfi,

<sup>g</sup> Vide den kurtzen Entwurff des Lebens der Könige in England p. 15. seq. it. p. 21. seq.  
<sup>h</sup> Epithium *Sibero* alicujus vide ex Jac. Beeverellii Delitiis magnæ Britannicæ & Hiber-  
nicæ p. 2. A. Erud. A. 1708. p. 254. (h) Vid. Hoffmanni Lex. Univ. Tom. II. p. 346.  
(i) Vid. ad Er. A. 1744. p. 50. (k) Vid. Ludovici Schul. Historie P. I. p. 121. seqq.  
(l) Vid. M. L. Schmidii Chron. Cygn. P. I. p. 107. it. *Andreas Molleri* Theatrum Frei-  
berg. P. I. p. 295. (m) in Theatro Virorum erud. clar. p. 1479. (n) in Libr. Memor. de  
Rebus sæculi post C. N. XVI. p. 738. (o) P. VII. Vit. clar. in re lit. Vir. p. 123. seqq.  
(p) de Patr. Illustr. Vir. p. 223. (q) in ferie Rectorum Scholæ Chemnicianæ MSC.  
(r) In Dedicazione P. III, Marg. Scholast. *Sibero*.

ipſi, ſi voluiſſet, potuiſſet (f), ſed poſtea quoque alios inſtituit, ſiquidem *Ad Theod. Siberus*, ſc *Rivio* & Patruo, *Henrico Sibero*, omnes ſuos profectus acceptos ferre, lubens fatetur (t). Nec ſilendus hic Ad. Sibero dignus filius **Adamus**

**Theodorus Siberus**, Vir magnus, & Romanæ ſacundix illa, qua vixit, ætate facile princeps, primum Poëtiſes, deinde Græcæ linguæ, poſtremis denique annis Eloquentiæ Doctör in Academia Virembergenſi inclytus: qui, quod veluti naturæ ductu a ſexu muliebri eſſet alienior, per omne vitæ tempus cælebs vixit, totuſque immerſus fuit libris, & in excerptendis colligendisque iis occupatus, quæ juventutis ſtudiis aliquando utilitatis aliquid apportare poſſent (u). Fuit & *Ad Theodoro Sibero* frater *Henricus Dionyſius Siberus*, qui an Sibero noſtro, cujus vitam & conſuetudinem exprimat, proponi queat, propterea ſere ambigo, quia *Ad Theodorus Siberus* in hoc fratre, quod virgula cenſoria notaret, ſubinde reperit (x). Lipſiam potius migrare juvat, atque breviter ut bis excellentis excellentiſſimos Siberos, a quibus *noſter* merito, quod imitetur, capiat, commemorare. Ibi enim veluti radiantia ſidera emicuerunt **Andreas Siberus**,


Scabinus & Conſul Lipſienſis: Filius **Vitus Siberus**, Scabinus, Senator ac ædilis Lipſienſis: ac nepos **Joh. Siberus**, quem non tantum Majestas Cæſarea ſupremum com meatuum Commiſſarium in Circulo Saxonix Inferioris, ſed etiam Elector Saxonix Sereniſſimus curſum publicorum Magiſtrum Lipſiæ, ob virtutes egregias, declaraverat (y), ut plura hujus generis lumina taceam. Addendus his **Juſtus Siberus**, Theologus, Philologus ac Poëta inſignis, qui A. 1695. Scandaviæ, ubi Paſtor erat, animam quidem Deo reddidit (z); ſed tamen in filiis præſtantiſſimæ eruditionis ſuperſtes manſit: inter quos **L. Urbanus**

**Godofredus Siberus**, poſt officia Scholæ & Eccleſiæ Schneebergenſi præſtita, Eccleſiaſtes Lipſienſis cluit, atque in antiquitatibus Eccleſiaſticis, quarum Profeſſor ex merito appellatur, ad invidiam uſque verſatus eſt. Horum & aliorum præclarorum Siberorum, quos pagina anguſtia non capit, veſtigia, quatenus imitabilia ſunt, *Siberus* noſter ingrediatur, quod ni faceret, Siberianum nomen acclamaturum eſſet: Aut nomen muta, aut mores. Sed faciet ille, atque a ſeipſo non deficiet, poſtquam hic per quinquennium probitatis ac induſtriæ documenta non una dedit, quibus ulimum adjiciet, ante abitum *de mutato vel certè tentato ſubinde religionis ſtatu in Luſatia* dicturus. Dimittet Siberum Juvenis, cui omnes boni ſaveant, digniſſimus

### Johannes Chriſtianus Ayrerus, Dresdenſis,

ſi prius è penu ſua Orationem non in elegantem de Scholis, quam materiam a præſenti negotio non abſonam judicavit, depromſerit. Vos, *Patroni ac Fautores*, ut Ayreri votis veſtra jungere queatis, compareatis quaſo frequentes: quam honorificam præſentiam ſi denegaveritis, aquam cribro hauſiſſe ſibi videbitur Siberus.

(f) Vide literas Ellingeri ad Adamum Siberum datas in Ad. Theod. Siberi Vol. II. *διαιρέσεων* Academicarum p. 445. (t) in Epigrammate ſcripto manibus Henrici Siberi, Patruſi, Vol. I. *διαιλ.* Ac. p. 401. (u) Vide de Adamo Theodoro Sibero ſumme Rev. Dn. D. G. H. Götzium in Elogiis præcocium Eruditorum & aliorum doct. Vir. p. 64. ſeqq. (x) Vid. Vol. I. *διαιλ.* Acad. p. 300. p. 389. &c. (y) Vide Joh. Georgii Siberi Curriculum Vitæ in Concione funebri a J. B. Carpovio habita (z) Vide *das compendiöſe Gelehrten-Lexicon* p. 2102.



(o)



*De doctis Sibiris*

Z e  
5385

K. III

I. N. I. C. C.

# V I R O S

*Summe atque plurimum Reveren-  
dos, Excellentissimos, Nobilissimos,  
Consultissimos, Clarissi-  
mosque*

## DOMINOS INSPECTORES

ac omnes Rei literariae

## F A U T O R E S

AD

# A C T U M

## VALEDICTORIUM,

Juvenis optimae spei

*Augusti Friderici Sibir,*

Dobrilucc. Luf.

qui d. 27. Augusti, Anni hujus MDCCXV

habita Oratione de mutato, vel certe tentato fu  
in Lusatia, Scholæ nostræ

### H. L. Q. C.

valedicet

ea qua par est, animi veneratio  
invitat

### M. DANIEL MÜLLERUS, Re

*CHEMNICII, Literis Scæsselianis, A*

